

PARS SECUNDA

De Dispositione Librorum Bi-
blicorum in specie.

CAPUT I.

*De Distinctione Librorum Bi-
blicorum.*

Qui sacras tractant literas, vel integrum librum, vel certam quan-
dam particulam auditoribus pro-
ponunt; Utrobiique in disponendo textu
feliciusque tractando certa præcepta sunt
necessaria. Cum de integro aliquo libro
meditatio instituitur, ante omnia in con-
spectu sit Distinctio Librorum Biblico-
rum, quæ varia est.

i. Primùm enim distinguuntur ratio *Distinctio*
ne temporis, in libros Veteris & Novi Te- *librorum*
stamenti, qua appellatione testamenti u- *Biblicorum*
titur *Scriptura 2. Cor. 3, 14. Quamquam in libros*
Augustinus censet, distinctius Vetus & No- *Veteris &*
vum Instrumentum appellari, quam testa- *Novi Te-*
mentum, lib. 3. contra duas Epist. Pelag. c. 4. & *stamenti]*
in Epist. 88. Libri V. Testam. sunt, qui ante